



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quæ causa excuset iniquum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. IX. Qua causa excuset iniquum.

1. **O**Vndecim causas affert Valentia 2. 2. disp. 5. q. 6. part. 7. excusantes à restitutione; & multa de his excusantibus lege apud Castro Pal. de iustitia. comm. disp. 1. part. 17. per totam. Præcipue sunt; Impotentia debitoris, Infamia Vitæ, Memborum periculum, Condono creditoris, Cessio bonorum, Res restituenda creditori nocitura, Præscriptio, Beneficium Bullæ compositionis, Solutio facta creditori sui creditoris, iudicis auctoritas. Quoniam verò ex his multa sparsim in toto hoc libro dicta sunt, cum de periculo infam. &c. cum de adulterio, de re nocitura creditori sup. §. 3. num. 2. de ingressu Rel. sup. §. 1. num. 7. de præscr. sup. tr. 1. cap. 4. de cessione bonorum mox n. 7. dicitur, multa autem sunt facilia, & passim obvia, nec desunt aliqua minus frequentia. Ideo prima hæc, quæ frequentissima est, brevi explanationi subiicienda duntaxat superest: si prius adnotetur, certum esse, excommunicationem creditoris, multò minus debitoris non excusare à restitutione. Ita Sylv. Suar. Less. alique apud Castro Pal. lib. 1. §. 5. At lucrum magnum à debitore acquirendum, tunc solum dabit causam ad differendam aliquantulum restitutionem, quando speratur sic debitor posse satisfacere omnibus creditoribus. Ita Layman, Lessius, alique apud Castro Pal. loco citato, §. 4. num. 4.

Inopia excusans à restitutione.

2. Impotentia ergo, seu inopia, causa est legitima, cur omitti, vel quod est minus differri, possit restitutio, quia vulgare est pronuntiatum: *Ad impossibile nemo tenetur*; vide quæ dixi Traet. 2. cap. 6. Cum autem fortior sit omissio (utique perpetua) quam dilatio, fortior ad illam impotentia, quam ad hanc sine dubitatione requiritur. Hinc lego apud Doctores Scotum, Navar. Valent. aliisque apud Bonacin. disput. 1. de restit. quæst. ultim. part. 2. contra Molin. disput. 754. posse licite aliquando ex detrimento, quod debitori sequitur, etiam si non concitatur in necessitate decidendi à suo statu, posse, inquam, licite differri restitutionem ad tempus, quo sine tanto detrimento fieri queat restitutio. Lego apud Lessium lib. 2. cap. 16. num. 22. & 25. cum, qui debet centum aureos, posse differre solutionem, si non potest nunc restituere, nisi prædium multò minoris vendat, quam valet. Lego apud Bonacinam, loco cit. num. 22. & 23. posse differri solutionem, quando ad restituendam statim, rem valentem ducenta, oporteret vendere centum; quod duplex dictum Lessij, & Bonacinæ explicant, quantum debet esse detrimentum, quod hanc licentiam differendi concedit. Lege apud Ioannem Medinam Codic. de restitut. quæstion. 2. ad 2. Lessium, Navar. apud Castro Pal. mox citandum; si periculum sit, ut filii se prostituunt, & ne filij fiant latrones, vel ne debitor ipse pater ob summam indigentiam in desperationem incidat, posse differri solutionem. Addit meritò Castro Palaus de iustitia commutat. disput. 1. part. 18. §. 3. dummodo creditori inde grave damnum non obveniat. Hæc equam, absolute lego: At propter has causas postea restitutionem absolute omitti, non passim lego. Nam si deinde accedat maior causa, quale est periculum vitæ, membrorum, iactura notabilis, & diuturna propriæ sanitatis, gravis infamia, notabilis casus à suo statu, ut ut illi filij, verbi gratia, patetque, non habeant unde alantur, &c. non differri solum, sed omitti omnino poterit restitutio.

Qua ratione, qui differt solutionem ob causas prædictas, obligetur ad interest, quod ex dilatione forte paritur creditor, lege apud Doctores, de Lugo de iustitia disput. 21. sect. 1. a num. 16. Molin. Lessium, Rebelhum, aliisque apud ipsum.

3. Sed quid, si detrimentum illud, & periculum latrocinandi in filiis, & desperationis in patre, de facto

semper perseverent; Respondeo: Tunc non est imbabile cum Rebel. p. 1. lib. 2. quæst. 17. sect. 1. n. 39. peritens omitti posse restitutionem, si tamen prædicta diligenter remedia, nec illa mala perseverent, & tuatur illa pars; quæ sine magno detrimento potest grave inde damnum creditori non obveniat. Ratio est, quia secus debitor hic, & tunc daret creditori debitum plusquam ipsi deberetur, daret enim illud, quod ipsi debitori in illis periculis, & detrimentis tam bonis, quæ superari moraliter non possunt, ut superius animò debet, valet multò plus, quam illud quod debitor quod iustitia obligare non potest, quæ æquale se respicit. Vnde §. præced. num. 4. Dixi notabiliter, quod debitor ad non notabilem iacturam, maxime quando bitum est ex delicto, ex omni recta ratione obligatur, nam idem obligavimus etiam ad partem, quando potest, &c.

4. Illa ergo inopia, seu impotentia, omnino à restitutione liberat, quæ primò debitor verè non habet, vel solvat. Secundo, quæ si solvat, sit extremè indigentia, quæ, si solvat, sit graviter indigens; quod aliter supra in simili diximus, quæ quis notabiliter cadit in statu. Adverte illud, notabiliter quod, quia non notabile aliquibus. Proh, quam sæpe palliatur obligatio, tutionis, ut aliquando appareat esse moraliter impotens, quæ certe eius generis non est!

Ut è contrariis si creditori coislet de impotentia inmoda debitoris, illi molestiam efferte non possunt. Indice petere, ut in carcerem debitorem coislet. Bardi lib. 1. §. 10. num. 6. quia ius Creditoris contra proximum impotentem, vel suspenditur, vel extinguitur. Video tamen sapissimè excusari Creditores urgentes, sæpe adesse spes, ut Debitor ita vexatus aliquam rationem inveniendi solvendi. An adesse possit alia excusatio, prædicta inquirat.

5. Adverte item si quis in statum honorificum ascendisset propter rem alienam mala fide acceptam, facienda esse restitutionem, etiam cum diminutione sui talis status, quia hoc non esset cadere, sed recedere: multò magis si in parti necessitate esset, & rem surripuit, tunc enim debet esse melior conditio innocentis domini. Illic subadverte, si filius, verbi gratia, usurarij mala fide cepit possidere, teneri eum, cum diminutione status relictæ à patre, ad restitutionem, quia cuiusmodi possessio cum mala fide nihil ipsi obligatur: si verò cepit possidere bona fide, non tenetur ea à suo statu bona fide possessio decidere, ut restituat si cognoscat ea esse bona aliena, quia quilibet ius ad conservandum statum bona fide facit. Vnde Dianam part. 1. §. tract. 14. res. 57. & ex Celsino, de Lugo d. 21. de iust. n. 12.

Impotentia Testis, & Notarij an à restitutione excuset?

6. In concursu extremæ, vel gravis necessitatis debitoris, & creditoris, quid faciendum, per aliam occasionem disputabimus. Verum, casus ille frequens desinit, & Notario, hic non est prætermittendus. Hic enim non raro falsis testimoniis, vel scripturis impetrant innocentem in amissionem bonorum, immò quando in periculum vitæ, se excusant à restitutione, & à revocatione dicti, vel scripturæ, ob æquale periculum, quod subirent. Sed communitur Doctores clarescere adversus hunc doctrinamque à nobis modò tractatam inculcant. Instat omnium sit Bonacina, cap. 8. præceptum disput. 10. quæst. 3. p. 3. numero 16. Quæres (ait) mirum est, ob cuius falsum dictum, inferenda est alteri mors, & mutilatio, teneatur ad retractandum suum dictum, ob periculum similis pæna incurrenda? Respondeo affirmativè (cum Valent. Bannez, Azor. Molin. Filluc. citat. lib. à Bonac.) modo credat se profuturum per retractandum, & modo in ferendo testimonio peccaverit. Ratio est, quia æquale damno, habenda est prior ratio innocentis. Tenet